

det, qui elevatus ad summa, ipse se ad humilia dejecit, ad egēna depōnit.

V. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dōminum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populōrum, alleluia. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & p̄manens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

Sed scire cōvenit, Pater iste qui est, vel qualis est, vel quod regnum suis filiis repromittit. Quis sit iste Pater, quotidie te cōfiterēti cognōscis, cūm clamas: Pater noster, qui es in cōclis. Qualis autem sit, ipsa operum magnitudine perdidisti. Ex nihilo fecit cōclum, terram solidavit ex liquido, montes statuit ad statēram, maria intra legitimos tēminos solā p̄cēpti auctoritate cōclūsit. Verūm si regni, quod promittit pusillis, desideras nosse qualitatem, ipse aperit, sic dicēdo: Sinite parvulos venire ad me; tālium est enim reg-

num cōclōrum. Esse in cōelo mirum est: in cōelo vivere, est majestatis.

R. Sint lumbi vestri p̄cincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dōminum suum, quando revertatur à nūptiis, alleluia. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quā horā Dōminus vester ventūrus sit. Et. Glōria Patri. Et.

Lectio ix.

Quid ergo cum terra illi, qui possidet cōclum? quid illi cum humanis, qui indēptus est jam divina? Nisi fortē placent gēmitus, eliguntur labōres, amantur pericula, p̄ssima mors delēctat, & illāta mala bonis sunt gratiōra collātis. Sed videamus, quod dat Pater tantus consilium regnat̄ris. Vendite quae possidetis, & date eleēmōsynam. Si victuros vos, si regnat̄ros, si vos jam divites esse creditis in sup̄ernis, ubi futūri, quō migratūri, ubi regnatūri estis; vos illa, quae vestra sunt, jam p̄cedant: opes miseras misericiōrdiā computate: quae humani sunt in divina cōvertite.

Te Deum laudamus. 13.

OFFICIUM
B. MARIE VIRGINIS
DE GUADALUPE, MEXICANÆ,
SIVE REGNI NOVÆ HISPANIÆ,

Quod in omnibus Dominis Catholico Hispaniarum Regi subjectis recitandum sub ritu Dupl. maj. die ab Ordinariis assignanda (excepta Dominica) Benedictus Papa XIV. benigne concessit.

DUPLEX MAJUS.

Omnia dicuntur ut in Festo ad Nives die v. Augusti, prater propria.

Ad Magnificat, Antiphona.

Elégi, & sanctificavi locum istum, ut sit ibi Nomen meum, & permāneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diēbus, alleluia.

Oratio.

Deus, qui sub beatissimā Virginis Mariæ singulari patrocinio constitutos perpetuis beneficiis nos cōmulari voluisti: presta supplicibus tuis; ut ejus hōdie commemoratiōne letamur in terris, ejus cōsp̄ctu perfuamur in cōclis. Per Dominum nostrum, &c.

Ad Matutinum, omnia ut in Festo ad Nives, prater Lectiones.

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j.

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogēnita ante omnem creaturam. Ego feci in cōclis, ut oriētur lumen indēficiens, & sicut nēbula texti omnem terram. Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cōeli circūivi sola, & profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti: &

in omni pōpulo, & in omni gente primatum habui: & omnium excellentium & humilium corda virtutem calcavi: & in his omnibus rēquiem quasivi: & in hereditate Dōmini morabor. Tunc p̄cēpit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhābita, & in Israhel hereditare, & in electis meis mitte radices.

R. Vidi speciosam sicut colūbam, ascendentem desuper rivos aquarum: cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus. Et sicur dies verni circūdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. alleluia. **V.** Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromātibus myrrhæ, & thuris? Et sicur.

Lectio ij.

AB initio, & ante saecula creata sum, & usque ad futurum saeculum non desinam, & in habitatiōne sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerisalem potestas mea. Et radicavi in pōpulo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plentitudine sanc-

torum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in platæis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporâvi habitatiõnem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus.

R. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? **T**erribilis, ut castrorum acies ordinata? alleluia. **V.** Filia Sion, tota formosa, & suavis es: pulchra ut luna, electa ut sol. Terribilis.

Lectio iij.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes viæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esuriunt & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui eliciunt me, vitam æternam habebunt.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? **V.** Viderunt eam filie Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudavê-

runt eam, alleluia. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt. Gloria Patri. Viderunt.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

De Verbis Apocalypsis. Cap. 12.

Fidelis planè, & præpotens Mediator Dei & hominum homo Christus Jesus. Nec ipsa mulier benedicta in mulieribus videbitur otiosa: invenietur equidem locus ejus in hac reconciliatione. Opus est enim mediatore ad Mediatorem istum, nec alter nobis utilis quam Maria. Quid ad Mariam accedere trèpidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile. Quod si (ut verè sunt) plena omnia pietatis, & gratiæ, plena mansuetudinis, & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inveneris; age gratias ei, qui talem tibi mediatricem benignissimâ miseratione providit. Omnibus omnia facta est, omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi: captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus lætitiæ, denique tota Trinitas gloriæ.

R. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & Et in cæpite ejus corona duodecim stellarum, alleluia. **V.** Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Et in cæpite.

Lectio v.

Nimrum ea est, quæ velut alterum solem induit sibi. Quemadmodum enim ille super bonos, & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præterita non discit merrita; sed omnibus sese exorabilem, omn-

omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimè quodam miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea, & quidquid fragilitatis, seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergrèditur creaturis, ut merito sub ejus pedibus luna esse dicatur. Amplectemur Mariæ vestigia, fratres mei, & devotissimâ supplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaque mirum, si sub tali obumbraculo talis etiam muliere sustineatur amictus. Mulier amicta sole. Induimini Dominum Jesum Christum. Quam familiaris ei facta es Domina! quam proxima! immò quam intima fieri meruisti! quantum invenisti gratiam apud Deum! In te manet, & tu in eo: & vestis eum, & vestiris ab eo. Vestis eum substantiâ carnis, & vestiris ab eo gloriâ suæ majestatis.

R. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? Pulchra ut luna, electa ut sol? alleluia. **V.** Quasi arcus refulgens inter nubes gloriæ, & quasi ros rosarum in diebus vernis. Pulchra ut luna.

Lectio vi.

In cæpite, inquit, ejus corona stellarum duodecim. Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsi longè clariùs micans, ornet eas potius quam ornètur ab eis. Quidni corònet sydera quam sol vestit? sicut dies verni, circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Quis illas æstimet gemmas, quis stellas nòmet, quibus Mariæ regium diadema compactum est? Super hominem est coronæ hujus rationem exponere, indicare compositionem. (Hactenus S. Bernardus.) In

ea ferè specie anno millesimo quingentesimo trigésimo primo mirabiliter picta Deiparæ Imàgo, Mexici apparuisse fertur, quæ inibi loci prope urbem, ubi pio Neophyto ædem sibi sacram prodigio dicitur designasse, magnifico excèpta Templo, ingenti còlitur populorum, ac miraculorum frequentia. Quam propterea ut presentissimum adversus públicas, privatæque calamitates præsidium, Archiepiscopus Mexicænus, ut reliqui etiam illarum partium Antistites, omnium Ordinum consensione, in primariam aciegit novæ Hispaniæ Parronam, ritique electam Benedictus XIV. auctoritate Apostolica declaravit, atque Officium proprium, & Missam sub titulo beatæ Virginis Mariæ Guadalupensis recitari concessit.

R. Elegi, & sanctificavi locum istum. **V.** Ut sit ibi nomen meum, & permaneat oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus, alleluia. **V.** Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis. Ut sit ibi. Gloria Patri. Ut sit ibi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii.

In illo tempore: Exturgens Maria, abiit in montanã cum festinatione, in civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

De Verb. Apocalypsis, cap. 12. circa finem.

MIrabatur Elisabeth personam venientis, dicens: Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Commendabat & vocem salutaris, adiciens: Ut facta est vox salutatiõnis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beatificabat fidem credentis,

tis, Beata, inquam, quæ credidisti. Magna quidem præconia: sed & devota humilitas nihil sibi passa retinere, in eum magis universa refuldit, cujus in se beneficia laudantur.

F. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima:

Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster, alleluia.

R. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Festivitatem. Quia.

Lectio vij.

TU, inquit magnificas Matrem Domini, sed magnificas animam meam Dominum. In voce mea filium perhibes exultasse in gaudio, sed exultavit spiritus meus in Deo salutari meo: & ipse quoque tamquam amicus sponsi, gaudet ad vocem sponsi. Beatam esse dicis quæ credidit: sed credulitatis & beatitudinis causa respectus est superne pietatis, ut ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes, quia ancillam humilem & exiguum respexit Deus. Veritatem nuncquid putamus, fratres, Elisabeth sanctam in eo, quod per spiritum utique loquebatur, errasse? Absit. Beata plane quam respexit Deus, & beata quæ credidit. Hic enim magnus divinæ respectiōnis exitus fructus.

R. Beata me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus, alleluia.

R. Et misericordia ejus a progenie in progenies timētibz eum. Quia. Gloria Patri. Quia.

Lectio ix.

Pneffabili siquidem artificio Spiritus superveniens, tantæ humilitati magnanimitas tanta in secretario virginei cordis accessit, ut quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem. Sed cum in sua estimatiōne tam humilis esset, nihilominus & in promissionis credulitate magnanimis; ut quæ nihil aliud quam exiguum sese reputabat ancillam, ad inscrutabile Sacramentum nullatenus se dubitaret electam, & veram Dei & hominis Genitricem crederet mox futuram. Jam te mater misericordiae, per ipsum sincerissimæ tuæ mentis affectum, tuis jacens provoluta pedibus Luna, mediatrix sibi apud Solem Justitiæ constitutam devotis supplicationibus interpellat, ut in lumine tuo videat lumen, & Solis gratiam tuo mereatur obtentu, quam verè amavit præ omnibus, & ornavit stolæ gloriæ induens, & coronam pulchritudinis ponens in capite tuo.

Te Deum laudamus. 13.

Te Benedictus, Antiphona.

Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis, alleluia.

Oratio ut supra.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis, cum Commemoratione festi sequentis diei.

Ad Magnificat, Antiphona.

Læva in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, filia tua de latere surgent, alleluia.

Oratio ut supra.

OF-

OFFICIUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. V. Mariæ,

Omnium Digniorum Catholico Hispaniarum
Regi subsectorum

PATRONE PRINCIPALIS,

Quod singulis Sabbatis festo Duplici, vel Semiduplici non impeditis ab omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui in eisdem Dominis ad horas Canonicas tenentur, sub Ritu Semiduplici (exceptis tamen temporibus Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum etiam sine jejunio, ac illis Sabbatis, in quibus secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ, aut de festo Duplici, vel Semiduplici translati) recitari posse ac valere, Clemens Papa XIII. die 14. Martii 1767. concessit, & indulxit.

OFFICIUM

Incipit à primis Vesperis, & ideo in secundis præcedentis festi, si fuerit Semiduplex, à Capitulo fit de Festo Conceptionis B. Mariæ, cum Commem. præcedentis; si Duplex, tantum fit Commemoratio Festi Conceptionis.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter filias Adæ. Psalmi consueti de Sancta Maria, ut in ejus Officio parvo. *Antiphona.* Tota pulchra es Maria, & macula non est in te. *Añã.* Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri. *Añã.* Vox enim tua dulcis, & facies illa tua decora nimis. *Antiphona.* Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delictis affluens, innixa supra dilectum Filium?

Pars Hyemalis.

Capitulum.

Prov. 8. b.

Ego diligentes me diligo: & qui manet vigilans ad me, invenient me. In viis justitiæ ambulat, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elidunt me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. Ave maris stella. cxxxvj.

R. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti. **R.** Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

Ad Magnificat, Antiphona.

Quam pulchri sunt gressus tui filia principis! Collum tuum, sicut turris eburnæ, oculi tui divini, & comæ capitis tui, sicut purpura Regis. Quam pulchra es, & quam decora charissima.

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem

Eccle

dem

iem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti; nos quoque mundos ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Deinde sic Commem. Festi præcedentis, si fuerit Semiduplex.

Postea Suffragia consueta Sanctorum, omisa Antiphona. Sancta Maria.

Ad Matutinam, Invitatorium.

Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, Christum ejus præservatorem adoramus Dominum. Psalmus. Venite, exultemus. r. Hymnus. Quem terra.

In primo Nocturno, Antiphona. Multæ filiz. Psalmus. Dómine Dóminus noster, ut in Officio parvo. cxxxviiij. Ant. Multæ filiz congregaverunt sibi divitias, tu vero supergressa es universa. Ant. Surrexerunt. Psalmus. Cœli enarrant.

Ant. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt: vir ejus, & laudavit eam. Ant. Fortitúdo. Psalmus. Dómini est terra. Antiphona. Fortitúdo & decor inventum ejus, byssus & purpura vestis illius. V. Liberasti me Dómine ex ore leónis. R. Et a cornibus unicornum humilitatem meam.

Lectiones i. Nocturni, de Scriptura occurrente.

R. i. Ego ex ore Altissimi prodvi, primogenita ante omnem creaturam. Ego in cœlis feci, ut oriretur lumen indeficiens: Et sicut nébula texti omnem carnem. V. Gyrum cœli circuivi sola, & profundum abyssi penetravi: & in omni populo, & in omni gente primatum tenui. Et sicut.

R. ii. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis implémini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum.

V. Qui audit me, non confundetur: & qui elúcidant me, vitam æternam habebunt. Spiritus.

R. iiij. Meum est consilium, & æquitas: mea est prudentia, mea est fortitúdo: Per me reges regnant, per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam. V. Ego diligentes me diligo: & qui mané vigilant ad me, invénient me. Per me Reges. Glória Patri. Per me Reges.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Quid videtis. Psalmus. Eructavit, ut in Officio parvo. xxxix. Antiphona. Quid videtis in Sunamite, nisi choros castrorum? Ant. Aquæ multæ. Psalmus. Deus noster refugium. Ant. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina peccatorum obruent Mariam. Ant. A custódia, Psalmus. Fundaménta. Ant. A custódia matutina usque ad noctem speravit Maria in Dómino; quia copiosa apud eum redemptio. V. Eructi a fræme, Deus, animam meam. R. Et de manu canis unicam Matrem meam.

MENSIBUS JANUARIO ET FEBRUARIO.

In secundo Nocturno.

Lectiones ut in die Festi in Proprio Festorum Hisp. 12.

R. iv. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea, pulchre sunt genæ tuæ, sicut turritis. V. Faciamus adiutorium simile sibi.

V. Eò quod castitatem amaveris, virumque nescieris, ideo & manus Dómini confortavit te, & eris benedicta in ætérnum. Faciamus.

R. v. Fac tibi arcam de lignis lavigatis: ruptique sunt fontes abyssi magna. V. Et factum est diluviium peccati super omnem terram.

V. Arca vero Deifera elevata est in sublime, & ferebatur super aquas, operitque sunt omnes montes cœ-

cæli Sanctorum. Et factum est.

R. Fiat mihi sanctuárium, & habitábo in médio eorum. Arcam de lignis Sethim compingite: & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris.

Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

V. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et pones super. Glória Patri. Et pones.

MENSIBUS MARTIO ET APRILI.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Augustini Episcopi. Sermone 10. in Serm. 16. de Temp.

qui est 12. in Navo. Domini, post medium. Lectio iv.

V. Veritas de terra orta est, & justitia de cœlo prospexit. Nam cum ille de terra ortus est, hoc est, de carne natus est, qui de cœlo venit, & super omnes est; proculdubio cum ascendit ad Patrem, etiam justitiam de cœlo prospexit. Hanc enim justitiam verbis suis ipse commendat in promittendo Spiritum sanctum: Ipse, inquit, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De justitia vero, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me. Hæc est justitia, quæ de cœlo prospexit. A summo enim cœlo egressio ejus, & occursus ejus usque ad summum ejus.

R. Equitatu meo. 143.

Lectio v.

N. E verò quicquam contemneret veritatem, quia de terra orta est, cum sicut sponsus processit de thalamo suo, id est, de útero virginali; & propter similitudinem carnis peccati nihil amplius Christum, quam hominem crederet,

cum dictum esset, tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad curréndam viam; continuo subjunctum est, à summo cœlo egressio ejus. Grande nobis mysterium divina majestas in Adæ figura præmisit. Sicut enim Deus noster cum primum Adam facere vellet, non ex conjunctione viri ac mulieris hominem ut esset effect; sed accipiens terram, inde hominem divinam quadam arte formavit; ita sine viri conjunctione Deum in virginali alvo incorporari dispensavit.

V. Fac tibi arcam. 148.

Lectio vj.

E. Rgo si tunc licuit hominem sine homine nasci, cur non licuit hominem sine homine per Mariam Virginem procreari? Quoniam sicut Adam ex terra virgine figuratus est; ita & Christus ex Virgine natus agnoscitur. Ibi tunc flatus Dei de terra vivum hominem surgere fecit ad vitam: hic mundum Spiritus sanctus de Maria Virgine Christum hominem figuravit, in quo Deus ad reparationem hominis habitaret. Adam enim ibi tunc nascitur; hic renouatur; & resuscitatur in Christo. Fuit similis reparatio, quomodo fuit & hominis creatio. Denique sicut tunc in alvo terræ Salvator Adæ membra composuit; sic etiam nunc in Virginitis alveo Christus sua membra composuit.

R. Fiat mihi. 148.

MENSIBUS MAJO ET JUNIO.

In secundo Nocturno.

De Expositione S. Gregorii Papæ in libros Regum.

Lectio iv.

In 1. Reg. 1.

F. Uit vir unus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim. Postest hujus montis nomine, beatissima semper Virgo Maria, Dei Génitrix,

Lect 2

de-

designari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem, electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritum verticem supra omnes Angelorum choros, usque ad solum Deitatis erexit? Hujus enim montis præcellentissimum dignitatem Isaias vaticinans, ait: Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit. Nam sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem.

R. Equitatum meo. 148.

Lectio v.

Mons quippe, & domus apte dicitur, quæ dum incomparabilis est illustrata meritis, Dei Unigenito, in quo recumberet, sacrum præparavit uterum. Nam mons in vertice montium Maria non fieret, si supra Angelorum altitudinem hanc divina fecunditas non levaret. Et domus Domini non fieret, si in ejus ventre, per assumptionem humanitatem, Verbi divinitas non jaceret. Sed recte mons Ephraim, id est, frugifer dicitur, de qua optimus fructus, id est, novus homo generatur. Quam certe in fecunditatis suæ gloria pulchram ornatamque Propheta respiciens, ait: Egrediatur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.

R. Fac tibi arcam. 148.

Lectio vi.

De hujus namque montis fructu David Deo exultans ait: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Terra quippe fructum suum dedit, quia quem virgo peperit, non concepit maritali opere, sed sancti Spiritus ob-

umbratione. Hinc eidem Regi & Prophætæ à Domino dicitur: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hinc Isaias ait: Erit fructus terræ sublimis. Nam quem virgo genuit, non solum homo sanctus fuit, sed etiam potens Deus. De hoc fructu ad eandem beatam Virginem, Elisabeth salutante dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

R. Fiat mihi sanctuarium. 149.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Quæ est ista. Psalm. Cantate. *Añã.* Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrhæ, & thuris, & universi pulveris pigmentarii? *Antiph.* Fœculum. Psalm. Dominus regnavit.

Añã. Fœculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, mediâ charitate constravit. *Añã.* Quæ est ista. Psalm. Cantate. *Añã.* Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. *V.* Verè Dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam. *R.* Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.

MENSIBUS JANUARIO ET FEBRUARIO.

In tertio Nocturno.

Lectioes un in die Festi in Proprio Fest. Hisp. 15.

R. j. Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis. Quid habes Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus, noli timere, non morieris. *R.* Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. *V.* Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis à frigore nivis. Non enim. *Benedictio.* Cuius festum colimus, ipsa Virgo virginum.

R.

R. ij. Filius meus parvulus est, & dedicatus. Domus, quam edificari volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur. *R.* Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparavit impensas. *V.* Elegi, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant tenet per secula, & cor meum ibi cunctis diebus. Et ob hanc Gloria Patri. Et ob hanc.

MENSIBUS MARTIO

ET APRILI.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 11. d

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilla venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. 11.

Unde idem Apostolus in exordio Epistolæ suæ ad Romanos scribit: Filium Dei factum esse ex semine David secundum carnem. Paulus, inquit, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Etsi enim in quibusdam Latinis exemplaribus non legitur Factus, sed, Natus ex semine David; cum Græca Factus habeant: (unde non ad verbum, sed ad sententiam transferre voluit, dicendo, Natus, Latinus interpretis; tamen Christus ex semine David esse secundum carnem, omnium librorum atque linguarum concordat auctoritas. *R.* Omnes moriemini. 150.

Lectio viij.

ET nos igitur his contra Eutychen dictis extollamus vocem

cum Ecclesiâ Catholica, cujus hæc mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turbarum, dicamusque Salvatori: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ sicut quidam ait: Enixa est puerpera Regem, qui cœlum terrarumque tenet per secula; cujus nomen, & æternum completens omnia gyro, imperium sine fine manet: quæ ventre beato gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem.

R. Filius meus. 150.

Lectio ix.

AT ille dixit: Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Pulchrè Salvator attestatiō mulieris annuit, non eam tantummodo quæ Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui idem Verbum spiritaliter auditū fidei conciperent, & boni operis custodia vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studierint, asseverans esse beatos. Quia & eadem Dei Génitrix, & inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multò beatorum, quia ejusdem semper amandi custodes manebat æterna. Quâ sententiâ sapientes Judæorum clam percunt, qui verbum Dei non audire, & custodire, sed negare & blasphemare querchant.

Te Deum laudamus. 153.

MENSIBUS MAJO ET JUNIO.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 11. d

In illo tempore: Loquente Jesu, ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

R. Eccc 3

Bea.

Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventuræ Episcopi.
Super Luc. 11.

Post expressionem fraudis Judæicæ, & reprobationem fraudis expressæ, subdit hic Evangelista commendationem veritatis aperitæ. Et hoc quidem convētiens erat, ut manifestatâ veritate, veritas ipsa seipsam manifestans, laudaretur manifestè coram tota multitudine. In descriptione autem hujus commendationis laudativæ tria introduciuntur. Primum, est conditio personæ laudantis. Secundum, est expressio laudis divinæ. Tertium, est approbatio laudis expressæ.
R. Omnes meremini, 150.

Lectio viij.

Duplex autem hotatur conditio in personâ laudante, scilicet virilitas, & modicitas. Virilitas notatur in hoc, quod vocem extollēbat, secundum illud Isaiæ: Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem: exalta, noli timere. Modicitas in hoc, quod quadam mulier non nominata, nec nobilis, sed de rustis, ut impleteret illud Psalmistæ: Pauper & inops laudabit nomen tuum. Ex quo apparet, quod laudator divini nominis non debet esse timidus, ut laudare non audeat; nec timidus, ut laudare erubescat, sed virilis & humilis.

R. Filius meus parvulus, 150.

Lectio ix.

Undè cum quidam ex timore tacērent, quidam blasphemarent ex superbia & timore: hæc mulier humilis, & virilis, nec tacent cum timidus, nec vituperavit eum blasphemis Magni ejus fiducia, quæ inter blasphemum confiteri Dei Filium. Ideo poterat ei dici illud, quod dictum est à Dô-

mino mulieri Chananzæ: O mulier, magna est fides tua, quæ scilicet tantum te fortificavit: cum in Proverbiis dicatur: Mulierem fortem, quis inveniet? In te verificatum est illud Ecclesiastici: Fundamenta æterna supra petram solidam, sic mandata Dei in corde mulieris sanctæ.

Te Deum laudamus, 13.

AD LAUDES.
& per Horas, Antiphona.

Domum tuam decet sanctitudo. Dômine in longitudinem dierum. **Psalmus.** Dôminus regnavit, cum reliquis. **Antiphona.** Hæc est domus Dômini firmiter ædificata: benè fundata est supra firmam petram. **Antiphona.** Fundavit eam Altissimus, qui super maria fundavit eam, & super flumina præparavit illam. **Antiphona.** Dôminus custodit te ab omni malo Maria, custodivit animam tuam, introitum tuum, & exitum tuum in seculum. **Antiphona.** Fluminis impetus lificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Capitulum.

Prov. 8. b

Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, invēniunt me. In viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elcidant me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. O gloriôsa Virginum.

V. Non accēdet ad te malum.
R. Neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quam pulchra es amica mea, columna mea, immaculata mea, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum

num Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti: nos quoque mundos ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per eundem Dôminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Postea dicuntur Suffragia consuetæ, ommissa Antiphona. Sancta Maria.

Ad Primam in **R.** brevi dicitur.

V. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Hæc est domus Dômini. **Capitulum.** Ego diligentes.

R. br. Liberasti me Dômine. **V.** Ex ore leônis. Liberasti. **V.** Et à cornibus unicôrnium humilitatem meam. Ex ore Glôria Patri. Liberasti. **V.** Eruisti à fræma, Deus, animam meam. **R.** Et de manu canisunicam Matrem meam.

Ad Sextam, Antiphona.

Fundavit eam.

Capitulum.

Ezech. 44.

Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dôminus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea.

R. br. Eruisti à fræma, Deus, animam meam. Eruisti. **V.** Et de manu canisunicam Matrem meam. Glôria Patri. Eruisti. **V.** Verè Dôminus est in loco sancto isto, & ego nesciebam. **R.** Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli.

Ad Nonam, Antiphona.

Fluminis impetus.

Capitulum.

Prov. 8. b

Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, invēniat vitam, & hæriet salutem à Dômino.

R. breve. Verè Dôminus est in loco

sancto isto, Deus ego nesciebam. Verè. **V.** Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Et ego. Glôria Patri. Verè. **V.** Scalam vidit Jacob, cuius cacumen cælum tangebant. **V.** Angelos quoque descendentes, qui eam lumine replēbant.

In secundis Vesperis, si Officium sequentis diei non fuerit Duplex, omnia dicuntur, ut sequitur usque ad Capitulum; sin autem Commemoratio Conceptionis B. Mariæ tantum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Nihil est candoris, nihil est splendoris, nihil est virtutis, quod non respiciat in Virgine gloriôsa. **Psalmi ut in primis Vesperis Antiphona.** Quæ heque serpentis persuasionē decepta, nec ejus venenosis afflatus infecta est. **Antiphona.** Hanc, quam tu despicias, Manichæe, Mater mea est, & de manu mea fabricata. **Antiphona.** Dicitur Virginem eâ puritate nitere, quâ major sub Deo nequit intelligi. **Antiphona.** Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

Capitulum, & reliqua omnia, ut supra notatum est. Si festum sequentis diei fuerit Simplex, Capitulum, & reliqua omnia de Conceptione, cum Commemor. Festi tantum.

Pro Commemoratio Conceptionis Beatæ Mariæ, Antiphona. Unica est columba mea, una est perfectæ in ea, una est Genitricis suæ electa. Vidērunt eam animæ sanctæ, & immaculatam prædicaverunt.

V. Dômine, dilexi decorem domus tuæ. **R.** Et locum habitationis glôriæ tuæ.

Oratio ut supra.

Deinde Suffragia Sanctorum omnia Antiphona. Sancta Maria.

Eecce 4.

TEM-

TEMPORE PASCHALI.

Officium fit hoc modo.

Ad Vesperas, Antiphona.

Sicut illum inter spinas, sic amica mea inter filias Adæ, alleluia. **Psalmi consueti de Sancta Maria, ut in eius Officio parvo.** Antiphona. Tota pulchra es Maria, & macula non est in te, alleluia. Antiphona. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, alleluia. **Añs.** Vox enim tua dulcis, & facies illa tua decora nimis, alleluia. **Añs.** Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa supra dictæctum Filium? alleluia.

Capitulum.

Prov. 8. b

Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, inveniunt me. In viis iustitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui eliciant me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. Ave maris stella. cxxxvj

V. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti, alleluia. **R.** Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperisti, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Quam pulchri sunt gressus tui filia principis! Collum tuum, sicut turris eburnea, oculi tui divini, & coma capitis tui, sicut purpura Regis. Quam pulchra es, & quam decora charissima! alleluia.

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti: quesumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti; nos quoque mundos ejus intercessionem ad pervenire concedas. Per eundem Dñm nostrum, &c.

Deinde Commemoratio de Cruce tantum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, * Christum ejus præservatorem adoramus Dñm, alleluia. **Psalmus.** Venite, exultemus. i.

Hymnus. Quem terra.

In primo Nocturno, Antiphona.

Multæ filie. **Psalmus.** Dñm Dñm noster. Cœli enarrant. Dñm noster est terra, ut in ejus Officio parvo. **Añs.** Multæ filie congregaverunt sibi divitias, tu verò supergrævas es universas, alleluia. **V.** Liberasti me Dñm ex ore leonis, alleluia. **R.** Et à cornibus incornium humilitatem meam, alleluia.

Lectioes j. Nocturni, de Scriptura occurrente.

R. j. Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Ego in cœlis feci, ut oriretur lumen indeficiens. * Et sicut nebula texti omnem carnem, alleluia. **V.** Gyrum cœli circuii sola, & profundum abyssi penetravi: & in omni populo, & in omni gente primatum tenui. Et sicut.

R. ij. * ansite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implerini: * Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum, alleluia. **V.** Qui audit me, non confundetur: & qui eliciant me, vitam æternam habebunt. Spiritus.

R. iij. Meum est consilium, & æquitas: mea est prudentia, mea est fortitudo: * Per me Reges regnant, per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam, alleluia. **V.** Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, inveniunt me. Per me Reges. Glória Patri. Per me Reges.

Ic

In secundo Nocturno, Antiphona.

Quid videtis. **Psalmi.** Eructavit. Deus noster refugium. Fundamenta ejus. Immaculata. Quid videtis in Sunamite, nisi choros castrorum? alleluia. **V.** Eruiisti fræma, Deus, animam meam, alleluia. **R.** Et de manu canis unicam Matrem meam, alleluia.

Lectioes ut supra.

R. iij. Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea, pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis. * Faciamus adiutorium simile sibi, alleluia. **V.** Eo quod castitatem amaveris, virumque nescieris, ideò & manus Dñm confortavit te, & eris benedicta in æternum. Faciamus.

R. v. Fac tibi arcam de lignis levigatis: ruptique sunt fontes abyssi magnæ, & factum est diluvium peccati super omnem terram, alleluia. **V.** Arca verò Desifera eleata est in sublime, & ferebatur super aquas, & operitque sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum est.

R. vi. Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. Arcam de lignis Sethim compingite: & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. * Et ponas super mensam panes propositionis in conspectu meo semper, alleluia. **V.** Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et ponas. Glória Patri. Et ponas.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Quæ est ista. **Psal.** Cantate. **j.** Dñminus regnavit, exultet. Cantate. **ij.** **Añs.** Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & universi pulveris pigmentarii? alleluia. **V.** Verè Dñminus est in loco sancto isto, & ego nesciebam, alleluia. **R.** Non est

hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli, alleluia.

Lectioes ut supra.

R. vij. Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis: Quid habes Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus, noli timere, non morieris: * Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est, alleluia. **V.** Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis à frigore nivis. Non enim. **Bened.** Cuius festum colimus, ipsa Virgo virginum.

R. viij. Filius meus parvulus est, & delicatus. Domus quam ædificari volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur: * Et ob hanc causam ante mortem suam omnes preparavit impensas, alleluia. **V.** Elégi, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Et ob hanc. Glória Patri. Et ob hanc. **Benedictio.** Ad societatem.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Domum tuam decet sanctitudo Dñm in longitudinem dierum, alleluia. **Psalmus.** Dñminus regnavit, cum reliquis **Añs.** Hæc est domus Dñm firmiter edificata: benè fundata est supra firmam petram, alleluia. **Añs.** Fundavit eam Altissimus, qui super maria fundavit eam, & super firmam preparavit illam, alleluia. **Antiphona.** Dñminus custodit te ab omni malo Maria, custodivit animam tuam, introitum tuum, & exitum tuum in seculum, alleluia. **Antiphona.** Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, alleluia.

Ca

Capitulum. *Prod. 8. b.*

Ego diligentes me diligo : & qui manē vigilant ad me, invēnient me. In viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elideant me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. O gloriōsa Virginum. **V.** Non accēdet ad te malum, allelūia. **R.** Neque flagellum appropinquabit tabernāculo tuo, allelūia.

Ad Benedictus, Antiphona. Quam pulchra es amica mea, & odor vestimentōrum tuōrum super omnia aromata, allelūia.

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti; nos quoque mundos ejus intercessiōne ad te pervenire concedas. Per eundem Dōminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Ad Primam in R. brevi dicitur V. Qui natus es de Mariā Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Hæc est domus Dōmini. **Capitulum.** Ego diligentes.

R. br. Liberasti me Dōmine, ex ore leōnis, * Allelūia, allelūia, Liberasti. **V.** Et à cornibus unicōrnium humilitatem meam. Allelūia, allelūia. Glōria Patri. Liberasti. **V.** Erusti à fræmea, Deus, animam meam, allelūia. **R.** Et de manu canis unicam Matrem meam, allelūia.

Ad Sextam, Antiphona. Fundavit eam.

Capitulum. *Ezech. 44.*

Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit

per eam: quoniam Dōminus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea.

R. breve. Erusti à fræmea, Deus, animam meam, * Allelūia, allelūia. Erusti. **V.** Et de manu canis unicam Matrem meam. Allelūia, allelūia. Glōria Patri. Erusti. **V.** Verè Dōminus est in loco sancto isto, & ego nesciebam, allelūia. **R.** Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli, allelūia.

Ad Nonam, Antiphona. Flūminis impetus.

Capitulum. *Prod. 8. b.*

Beatū homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hæriet salutem à Dōmino.

R. breve. Verè Dōminus est in loco sancto isto, & ego nesciebam, * Allelūia, allelūia. Verè. **V.** Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Allelūia, allelūia. Glōria Patri. Verè. **V.** Scalam vidit Jacob, cujus cacūmen cœlum tangēbat, allelūia. **R.** Angelos quoque descendentes, qui eam lumine replēbant, allelūia.

In secundis Vesperis, si Officium sequentis diei non fuerit Duplex, omnia dicuntur, ut sequitur usque ad Capitulum; sin autem Commemoratio Conceptionis B. Mariæ tantum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Nihil est candōris, nihil est splendōris, nihil est virtutis, quod non respicēdat in Virgine gloriōsa, allelūia. **Psalmi ut in primis Vesperis Antiphona.** Quæ neque serpentis persuasiōne decēpta, nec ejus venenosus afflātibus infecta est, allelūia. **Añā.** Hanc, quam tu despicias, Manichæe, Mater mea est, & de manu mea fabricata, allelūia.

Añā.

Añā. Dēcūt Virginem eā puritate nitere, quā major sub Deo nequit intelliigi, allelūia. **Añā.** Hæc est virga, in qua nec nodus originālis, nec cortex actualis culpæ fuit, allelūia.

Capitulum, & reliqua omnia, ut supra notatum est. Si festum sequentis diei fuerit simplex, capitulum, & reliqua omnia de Conceptione, cum Commemor. festi tantum.

Et fit Commemoratio Concep-

tionis Beatæ Mariæ, Antiphona. Unica est columba mea, una est perfecta mea, una est Genitricis suæ electa. Viderunt eam animæ sanctæ, & immaculatam prædicaverunt, allelūia.

V. Dōmine, dilēxi decōrem domus tuæ, allelūia. **R.** Et locum habitationis gloriæ tuæ, allelūia.

Oratio ut supra.

Deinde fit Commem. Festi sequentis, si non sit Duplex, & de Cruce.